

Signum domini F[ri]derici^a (M) Romanorum [imperatoris^b] invictissimi.

Anno M C L XXVI, mense martii, indictione nona^c.

2. Der Eid der Pavesen.

[1176 März, erste Hälfte.]¹

Abdruck der Ausgabe Const. 1, 394 f., die zuverlässiger als die ältere COSTAS und die neuere E. GABOTTOS ist: korrigiert habe ich nur orthographische Eigentümlichkeiten der Hs. (Chart. Dert. fol. 13').

In nomine domini amen. Nos Papienses iuramus salvare et custodire civitatem Terdone, masculos et feminas et res eorum earumve et ecclesiarum Terdone et de eius districtu, et specialiter Wilielmum de Palote², si ipse nobis iurare voluerit ut civis Terdone. Et hinc in antea pacem Terdonensibus tenebimus bona fide et sine fraude. Nec de cetero laborabimus, quod civitas Terdone destruat a nobis nec ab aliquo homine. Sed bona fide iuvabimus Terdonam de suis guerris sumptibus nostris. Et vivam guerram cum omnibus inimicis Terdone cum populo et militibus sine fraude faciemus, nec pacem nec finem nec guerram recrudutam cum eis absque Terdona faciemus. Concordiam cum Mediolano et cum Placencia absque Terdona non faciemus. Nec de cetero accipiemus castellanos episcopatus Terdone nec habitatores ipsorum, et omnes castellanos suos, quos olim accepimus, Terdonensibus renuntiamus, presertim illos de Pozolo et illos de Monte Morisino et de Bagnaria et illos de Sarzano et de Casiano et de Serravalle^d et de Monte Cuco et de Arquada^e et de Monte Alto et illos de Grondona et de Liprando et de Monte Iardino et de Bolego et de Bruxamonaca et de Montebor et de Fabrica et de Dernice^f et de Agolasca^g et de omnibus, presertim de Savignono^h

a) Federici 1. 2. b) regis 1. regis tertii 2. c) Die letzten beiden Zeilen fehlen in 3 und 4. d) Seualle Hs. e) Arquadra Hs. f) Dernici Hs. g) Agolassca Hs. h) Sapi gnono Hs.

¹) S. oben S. 323 f. ²) Markgraf Wilhelm von Paloto war im Dezember 1174 im kaiserlichen Gefolge (Const. 1, 338); im Juni 1178 wird er im Vertrag Alessandrias mit den Montferrats (s. oben S. 341 ff.) erwähnt; 1185 wurde er Podestà der Garfagnana und Versilia (vgl. FICKER, Forsch. zur Reichs- und Rechtsgesch. Italiens 1, 292. 2, 204; GIESEBRECHT 6, 110 f. und 629).